

Symma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Succincte Explicantur,
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Sive Antinomia Iuris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,
discussa, & explicata

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

CCL. Differentia 35. Qui per agrum alienum transiens de frugibus propter
necessitatem carpit, secundum Canones impunis est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61864)

C C L.

DIFFERENTIA 35.

Qui per agrum alienum transiens de frugibus propter necessitatem
carpit, secundum Canones impunis est c. 1. dist. 1. c. discipu-
los. De consecr. Dist. 5. quod legibus non permittitur.
1. Per agrum. C. deseruit. & aqua. Io. Bapt..
a S. Blasio. 33.

I. Fas & Ius distinguens fidorus relatus
in c. 1. Dist. 1. Fas, ait, lex divina est,
Ius lex humana. Transire per alienum
agrum fas est, ius non est, quia nimisrum
leges Imperatorum id vetant. 1. 11. C. De-
seruit. & aqua. Per agrum quidem alie-
num, qui servitutem non debet ire vel
agere vicino minime licet. Idem alibi re-
pertut. Contra discipulos, cum per sege-
tes transeundo vellerent spicas, & ede-
rent Luc. 6. Matth. 12. Christi vox inno-
centes vocat, quia coacti fame hoc fecer-
unt. e Discipulos. 26. Dist. 5. Vbi notat ex
s. Thoma Maldonatus à Pharisæis non es-
se accusatos Christi discipulos, quod ex
agro alieno spicas vellerent, & comedere-
rent, quia id lex permittit Dethter. c. 23.
v. 25. Si intraveris segetem amici tui
franges spicas, & manu conteres, falce
autem non metes. Noluit DEVS vel
possessores agrorum esse tam avaros,
veliter facientes tam anxiè constrictos,
ut vellere spicas non possent. Accusa-
bant ergo illos, quia in sabbato faciebant,
quod à lege prohiberi existimabant, suo-

rum scelerum ignari, in aliorum defecti-
bus censendis iniqui hypocritæ. Quem
errorem Christus Davidis exemplo re-
darguit, ostenditq; necessitate licitum
fieri, quod aliqui illicitum est. c. 2. De
obseruat. iejun. Menoch. Caju 182. n. 5 Quo
posito, & ad præsentem materia appi-
cato, manifestè patebit, eandem Cano-
num, & legum intentionem esse. Non
minus enim leges, quam Canones ne-
cessitatì veniam tribuunt in illis quæ per
se mala non sunt. Hinc notissima illa in
utroque foro recepta axiomata. Neces-
tatis non habet legem, sed ipsa legem facit.
c. Remissionem. 1. Q. 1. c. sicut. De conf. Dist.
1. Item Quod non est licitum lege, necessitas
facit licitum c. Quod non est De Reg.
Iur. V. Decimum in R. I. 122. &
Barbos Tract. De axiom.
axiom. 157.

A. M. D. G.

M m 3 INDEX